1. Et fuit verbum Domini ad me, dicendo : — 2. Vade, et clama in auribus Jerusalem, dicendo : Sic dixit Dominus : Recordatus sum tui, misericordie adolescentie tue, charitatis desponsationis tue, quando ambulabas post me in deserto, in terrâ non satâ. — 3. Sanctitas est Israel Domino, primitiæ frugum ejus, omnes devorantes eum, delinquent; malum venit super eos, dixit Dominus. — 4. Audite verbum Domini, domus Jacob, et omnes cognationes domus Israel : — 5. Sic dixit Dominus : Quid invenerunt patres vestri iniquitatis in me, quia elongaverunt se à me et ambulaverunt post vanitatem, et vani facti sunt? — 6. Et non dixerunt : Ubi est Dominus, qui ascendere fecit nos è terrâ Ægypti; qui ambulare fecit nos per desertum, per terram desertam et desolatam, per terram aridam, et umbræ mortis, per terram per quam non transit vir, neque habitavit homo ibi? — 7. Et induxi vos in terram Charnel, ut comederetis fructum ejus, et bonum ejus : et ingressi estis et contaminastis terram meam et hæreditatem meam posuistis in abominationem. — 8. Sacerdotes non dixerunt : Ubi est Dominus? et tenentes legem non norunt me, et pastores prævaricati sunt in me; et propheta prophetaverunt in Baal, et ambulaverunt post eâ quæ non profuerunt. — 9. Propterea adhuc judicabo vos, dixit Dominus, et filios filiorum vestrorum judicabo. — 10. Sed transite in insulas Chithiim, et videte : et in Cedar mittite, et considerate vehementer : et videte si factum sit sicut istud. — 11. Num mutavit gens deos, et ipsi non sunt dii : populus vero meus mutavit gloriam suam in id quod non prodest. — 12. Admiramini cæli super hoc, et lætete : desolanamini vehementer, dixit Dominus. — 13. Duo enim mala fecit populus meus : Me dereliquerunt venam aquæ vivæ, ut effloderent sibi cisternas, cisternas contractas, quæ non continent aquas. — 14. Numquid servus est Israel, num est vernaculus? quare fuit in prædam? — 15. Super eum rugierunt catuli leonum, dederunt vocem suam, et posuerunt terram ejus in solitudinem : civitates ejus exuste sunt, absque habitatore. — 16. Etiam filii Noph et Thachaphanches confringent tibi verticem : — 17. Nonne hoc fecit tibi, eo quod dereliquisti Dominum Deum tuum quod, quo ambulare faciebat te per viam? — 18. Et nunc quid tibi in viâ Ægypti, ut bibas aquam Nili? et quid tibi in viâ Assur, ut bibas aquam fluminis? — 19. Corripiet te malitia tua, et aversio tua increpabit te. Et scito, et vide quod malum et amarum est relinquisse te Dominum Deum tuum, et non esse timorem meum in te, dicit Dominus Deus exercituum. — 20. Quia à seculo confregi jugum tuum, rupi vincula tua, et dixisti : Non serviam. Nam super omnem collem sublimem, et sub omni ligno viridi, tu discurrebas me retrix. — 21. Ego autem plantavi te optimam vitem, totam ipsam semen verum : et quomodo conversa es mihi in sarmenta vitis alienæ? — 22. Quia si laveris te nitro, et multiplicaveris tibi horith, signata est iniquitas tua coram me, dixit Dominus Deus. — 23. Quomodo dices : Non sum polluta, et post Baalim non ambulavi? vide viam tuam in valle, scio quid feceris : dromedaria levis circumiens vias suas. — 24. Onagra assueta in deserto, in desiderio animæ suæ attrahit venum occasionis suæ; quid avertet eam? omnes, qui quærunt eam, non laborabunt; in mense suo invenient eam. — 25. Prohibe pedem tuum ne sit discaleatus, et gatur tuum à siti. Et dixisti : Desperatum est, nequaquam; adamavi quippe alienos, et post eos ibo. — 26. Ut pudore afflictor fur quando deprehenditur, sic pudore affecti sunt domus Israel, ipsi reges eorum, principes eorum et sacerdotes eorum, et propheta eorum. — 27. Dientes ligno : Pater meus es tu; et lapidi : Tu genuisti me; quia vertentur ad me cervicem, et non faciem, et in tempore mali sui dicent : Surge, et serva nos. — 28. Et ubi sunt dii tui, quos fecisti tui? surgant, non liberaverint te in tempore mali tui? secundum quippe numerum civitatum tuarum fuerunt dii tui, lebudah. — 29. Ut quid litigatis contra me? omnes vos prævaricati estis contra me, dixit Dominus. — 30. Frustra percussisti filios vestros, disciplinam non receperunt; devoravit gladius vester prophetas vestros, tanquam leo vastator. — 31. Generatio. Vos videte verbum Domini : Num solitudo suo Israeli, num terra tenebrosa? ut quid dixerunt populus meus : Dominamur, non veniemus ultra ad te? — 32. Numquid obliviscitur virgo ornamentis sui, sponsa murensularum suarum? populus vero meus oblitus sunt mei diebus absque numero. — 33. Cur preparas viam tuam ad quærendum dilectionem? Ideo etiam malas ostendisti vias tuas. — 34. Etiam in oris vestimentorum tuorum inventi sunt sanguines animarum pauperum innocentum? non cum perossorio inventi es, sed super omnibus his. — 35. Et dixisti : Quia innocens sum : certè aversus est furor ejus à me. Ecce ego judico te, eo quod dixeris : Non peccavi. — 36. Cur vadis valde, iterando viam tuam? etiam ab Ægypto pudore afficeris, quemadmodum pudore affecta es ab Assur. — 37. Etiam hic egredieris, et manus tue erunt super caput tuum : quia contempsisti Dominus confidentias tuas, et non prosperaberis in eis.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — ADOLESCENTIE TUE etc. *Juventutem* initio feci propter te, cum te eduxi de Ægypto. *Charnel* pro principio ponti. q. d. : memor sum eorum quæ *IRITATIS DESPONSATIONIS TUE*, id est, quæ te deperit

cum te in sponsam accepti ut mihi eam fidem servares quam sponsæ probæ maritis suis servare solent. *NOX SATI*, id est inculta, ubi penuria annonæ erat.

VERS. 5. — SANCTITAS, etc. Ut *Sacrosanctus erat Israel Domino*, et tanquam primitiæ frugum ejus : omnes qui comederint eum, peccabunt sub. in Domino, et afflictio veniet, etc. *Sanctitas Domino*, id est, tanquam res ipsi dicata, quæ polli non debet. (Vid. Exod. 19, 5, 6.) Tanquam primitiæ frugum, quas ipse Israel de frugibus suis offert Deo; quæ primitiæ attractari non debent ab aliis, quàm à sacerdotibus (1).

VERS. 5 (2). — POST VANITATEM. Chaldaeus paraphr. : post idola ipsa. (Vid. Deut. 32, 21.)

VERS. 6 (5). — ET UMBRÆ MORTIS, id est, horridam, quæ incubat metum mortis. (Vid. Job. 5, 5.) *PER QUAM*, etc. Per quam nemo transibat, et ubi non habitabat quisquam, vel, nemo habitabat.

VERS. 7. — ET INDEXI VOS, vel, induxi autem vos in, etc. *CHARNEL*. (Vid. Isai. 35, 2.) *IN ABOMINATIONEM*, abominandum; sub. ob idololatriam.

VERS. 8. — NON DIXERUNT, cum scilicet viderent vos idololatriæ esse deditos. ET TENENTES LEGEM, id est, qui quotidie habebant legem in manibus. *IN BAAL*. Vocem Hebræam vocabulo generali *idoli* expressit Chaldaeus paraphr. (*In nomine idolorum*.) Alii per *Baal*, idolum Sidoniarum *Astaroth* intelligunt quod Baal in hæc significatione usurpatur, 1 Reg. 16, 51, ubi traditur Achab coluisse Baal. *IN BAAL*, id est, in nomine Baal. Dicebant enim : *Hæc dicit Baal*, non : *Hæc dicit Dominus*. *PROFUERUNT*, proderunt, id est, secuti sunt idola. (Vid. 1, Sam. 12, 24, et Isai. 48, 17.)

(1) Qui de messe aut fruge aliâ comedunt antequam primitias dederint sacerdotibus, ex lege damnantur, Exod. 23, 16; 34, 26; Num. 15, 19; Deuter. 26, 2, et sequentibus. Sic tunc damnati fuerunt non tantum septem illi populi, non parentes Israelitarum deuntiationibus, verum etiam alii qui Israelitis illa ex parte noceverunt, ut Amalecitas, Madianite, et alii. (Grævus.)

(2) *INQUERATIS*, id est, primò infidelitatis; secundo crudelitatis, q. d. : Quia in re malè tractavi sponsam meam, scilicet vos, ô Judæi?

*AMBULAVERTIS POST VANITATEM*, id est, post idola, quæ quia vani et falsi sunt dii, quos Deo vero opposuistis, hinc pariter vana et falsa effecerunt vos cultores suos, æque se cultum et religionem, imò superstitionem vestram. Ita S. Hieron., Chald., Theodor., Hugo, S. Thom., Lyran. Potest tamen secundo, hic omnis alia vanitas, que in quolibet est peccato, accipi; omne enim peccatum est amor rei vana.

*VANI FACTI SUNT*, id est, similes idolis suis facti sunt sine ratione, sine sensu, sicut imprecatur eis David, Psal. 115, v. 8 : *Similes illis (idolis) sicut qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis* : sic pariter quilibet peccator vana fit et brutus, dum vana et brutas sectatur voluptates. Peccatum, ait D. Thomas hic, dicitur *vanius*, primò, quia *phantasticum est in eligendo*, Psal. 59, 5 : *Beatus vir, cuius est nomen Domini spes ejus; et non respicit in vanitates et in insensum*. Secundo, quia *transitorium est in permanendo*, Psal. 77, 35 : *Defecerunt in vanitate dies eorum*. Tertio, quia *faber est in expectando*, Eccli. 34, 1 : *Vana spes, et mendacium viro insensato; et somnia extollunt imprudentes*. Quarto, quia *infructuosum est in consequendo, ut recedat sicut ilud Isaiæ 49, 4* : *In vacuum laboravi, sine causâ, et non fortitudinem meam consumpsi*. Hucusque D. Thomas. (Corn. à Lap.)

(5) *SITIS*, id est, arida, Septuaginta : *Sine aquâ*.

VERS. 9. — JUDICABO. Chaldaeus paraphr. : *Puniam vos* (1).

VERS. 10. — *CITHIUM*, per *Chithios* intellige maris Mediterranei incolas. (Vid. Isai 35, 4.) *CEDAR*, regio est Arabie. Q. d. : Durus et iniquus tractatis me, quia gentes idola sua tractant. *MITTITE*, sub. legatos, aut exploratores (2).

VERS. 11. — *GLORIAM SUAM* (5), id est, Deum verum liberatorem suum, de quo solo meriti gloriari poterat cum esse omnipotentem, etc.

VERS. 12. — *TIMETE* : alii *tumultuamini*, vel *horrescite*. *DISOLAMINI*, id est, tempestatem excitate in testimonium iræ Dei, vel, *exarscite*.

*INAGINE MORTIS* : Septuaginta : *Infructuosam*. (Em. Sâ.)

*PER TERRAM SITIS*. Allegorice, ascendimus per baptismum Christi de Ægypto, et transitivum ad crucem, sed non permittit Deus tentari supra vires. Terra arida est, sed petra fuit aqua : terra non seminata, sed satur è celo manna, etc. (Clausius.)

(1) *Propterea adhuc*, licet penas de vobis exegi, ne putetis vos defunctos esse penis omnibus, nam jus meum adhuc integrum retineo, Calvinus. Vel, *disceplino vobiscum* : *disceplinationem* hic intelligunt, vel, 1<sup>o</sup> realem, ut Ps. 74, 22, Isai. 54, 22, puniendo illos; q. d. : Summo jure agam vobiscum, non misericorditer; vos transgressores esse convincam, et puniam. Jus meum persequar, etc.; Synops. Vel, 2<sup>o</sup> verbatim, q. d. : Ut antea cum patribus ejus, ita et vobiscum disceptabo, et vos per prophetas convincam, etc., Anglicana annotationes. ET CUM FILIIS, etc., vel, quia parentes imitantur; vel, quia parentum peccata maxima erant, etc. (Socinius.)

(2) *Summam Israelitarum impietatem et stultitiam comparatione exaggerat gentium omnium aliarum, quæ cum in falsâ religione, à majoribus suscepta, solent esse constantes, Israelitis et tantâ levitate à verâ ad falsum desciverint*. Denique omnipotentem cum vana simulacris commutaverunt. *Nam transiit in insulas Gittarum, et videte*; etc. etc. primum et propriè vatus Cypri insule nomen fuerit, postea tamen vix dubium est talis usurpatum fuisse non solum de insulis maris Mediterranei, verum et de aliis terris ultra mare illud Hebræis ad occasum sitis. *HEBRONUMS* : *He*, inquit, ad *insulas Cælium*, quas vel Italicæ, vel occidentaliurum partem debemus accipere, ab eo quod terra Judææ et Cithium, vicina sit; de qua et Zeno, princeps Sicoicorum, fuit. Quamodòmodum vero hic per Gittim terrarum occidentem solem versus sita, ita per Cedar, posteros Ismaelis, Arabes Cedreos, terras orientales designantur. Kimchi : *Memorat propheta terras idololatrarum ad orientem et occidentem sitas Hieronymus : Cedar regio est solitudinis et Ismaelitarum, quos et nunc Saracenos vocant, contra quam lupus injus et proventus in extremis partibus textur valicium*. Et Cujus meminit David, Ps. 120, 5, dicens : *Habitavi cum habitantibus Cedar*. Et est sensus : vel ad occidentem pergit, vel in solitudinem mittite, et videte, si qua gens hoc fecerit, quod fecistis. Ad militie Jarchi suppli : *ad videndum eorum ritum, diligenter consuetudinem. Et ammiraverit valde, seilicet, attentè Jarchi : Et animam advertite, ut rem probe intelligatis*. Chaldaeus hæc addit : *Et videte populos, qui migrant de arce in arcem, et de provincia in provinciam, portantes idola sua et docentes ea secum, et in loco, ubi subsistunt, extendunt tabernacula sua et statuant idola sua corpus adorem. Et videte, an fuerit sicut hoc? Chaldaeus : quemam est gens et natio, quæ fecerit sicut vos, domus Israel?* (Rosemuller.)

(5) Videte an ulli eorum abdicaverint deos suos, ut Adonin, Venerem, Dursarem. *MUTAVIT GLORIAM SUAM IN IDOLUM* כבודו באלהים, *meam majestatem*,



**VERS. 15.** — **AGRE VITÆ (1).** — aquarum viventium, id est, perpetuo fluentium. **CISTERNAS CONTRACTAS,** vel, **cisternas inquam fractas,** aut rimosas et malè conglutinatas.

sed quia illa vox posterioribus temporibus mirabilem quamdam Dei presentiam significare coeperat, ideo mutarunt hoc scribæ, ut et Psal. 116, 20. (Grotius.) (1) **DEO ENIM MALLA,** contraria duobus bonis, quæ illis præceperam, ut declinarent à malo, et facerent bonum; psal. 56, 27. **FEKIT POPULUS MEUS.** Primum, ne dereliquerint fontem aquæ vivæ. **Vina,** id est, perpetuo fluentis, vitalis, vitam dantis. Arabibus veritas, **fuit illis fons aquæ dulcis et laudabilis,** omni vicio carentis. Hic ergo fons perennis aquæ, id est, gratiæ et bonorum omnium, est Deus, psal. 59, 10: *Quoniam aqua te est fons vite.*

Viderunt ipsorum gentiles, unde Trismegist., dialog. 7: *Hæc, ait, ò mortales, et respicite, et ad fontem vite revertite.* Et Hieron., lib. de Doctrina Platonis: *Nestrum bonum, inquit, si quis Platonis libris accurate legat, in ipsa primi boni contemplatione possit reperire: quod quidem primum bonum, et Deum, et primum mentem vocare licet.* Hoc propheta adagium pulchris similibus parabolis explicat S. Ephrem, tract. de divina Gratia, tom. 1. *Qui, inquit, fontem habent, gutta non indigent. Lacte non egent, qui gregem pascent. Qui panem frangunt, micis opus non habent. Qui mel conficiunt, eis mellis saporem explorare non est necesse. Qui margaritam habent, de obolo acquirere non laborant.*

**Secundo:** **FORERUNT SIBI CISTERNAS,** **CISTERNAS DISSIPATAS.** Syrus veritas, **conspungunt:** Arabibus: *scias in quibus non congregat aqua, neque durat, id est, permanet.* Hæ cisternæ, ait S. Hieron. et Theodor., sunt idola: primum, quia nullam habent divinitatem aut potentiam, nisi quæ eis infertur ab humana ignorantia. **Secundo,** sicut cisterna ex aquis turbidis complicitur, ita quod idola, quod demones dant, turbidum est. Tertio, idola sunt cisternæ fractæ, rimosæ, malè conglutinatæ, quæ aquam non continent: quæ ab eis nihil quod sitim amoveat, expectandum est. Rursus cisternæ dissipatæ sunt gentes idololatras, puta Ægyptii, et Assyrii, à quibus alternatim bellis pressi opem petebant Judæi; id patet ex vers. 18.

**Topolog.** omnis peccator relicto fonte, querit cisternas, quia in omni peccato, est primo, aversio à Deo, bono increato et immenso; atque conversio ad bonum caducum, fragile, exile turbidum. **Secundo,** est contemptus Dei, præ honore et amore creature. Tertio, peccator peccando, quasi titulum et esse finis ultimi Dei adinit, cumque et spes suas omnes quasi transfert in creaturam. Nonne hæc est summa contumelia Dei? summa stoliditas et insanis peccatoris? dicit enim et verbis et factis illud, quod fatuus ille ararus apud Nazianzenum tractat. De fortuna et Prudentia: *Gutta bonæ sortis (fortune) mihi potior est mentis prudentia (sapiencia) cadu.* Quod aptè refutat et retorquet prudens, dicens: *Gutta bonæ mentis mihi potior est bonæ sortis cadu.* Peccator enim glebam terræ toti celo, creaturam creatori, monumentum aternitatis stultè præfert et anteponi. Contrarium faciunt prædicta et sanctorum.

Hinc primum, hoc adagium rectè adaptatur hereticis; hi enim primum doctrinæ fidei in Ecclesiâ fontem deserunt, et fodunt sibi cisternas cænosas falsorum dogmatum; ita S. Iren., l. 5, cap. 40; S. Cyprian., epist. 70, et S. Athanas., serm. contra omnes hæreses. **Secundo,** B. Petrus Damiani citatus in Allegoriis Tilmanii, ipsam adaptat monachis loquacibus, qui relicti Dei laudibus, piisque sermonibus, quasi fonte vitali, ora sua faciunt cisternas, ex quibus non novi, sed veteris hominis verba futilia profertur; easque dissipatas; quia labia sua moderatè disserentem nesciunt colibere.

Tertio, Hugo à Ararus, inquit, est cisterna vetus et rimosa, quæ nunquam aquis, id est, opibus impleri potest. **Secundo,** est clericus, qui relicto studio sacræ

**VERS. 14.** — **NUMQID.** Introdicit Jerusalem conquirentem de sorte suâ, idque animo planè ingrato. **SEVUS,** sub. **emptius.** **VERSACULUS?** ad verbum **domus,** domi natus, id est, estne Israel servilis conditionis, ut sic à Deo contemnatur? q. d., non. Cur ergo patuit prædæ hostium suorum?

**VERS. 15.** — **CATULI LEONUM,** id est, feroces reges. **EXUSTE SUNT,** desolata sunt, sive destructæ.

**VERS. 16.** — **FILI NPHI,** id est, civis Memphis ad quos velut auxiliares confugisti, non tantum te destituerunt, sed etiam perdidit. Respondet quærimoniae Israelitis, ac si dicat: fiducia humani auxilii causa est calamitatis. **TACHAPRANEGRES,** vel, **Taphnis;** urbes sunt primariæ Ægypti (1). (Vid. Isai. 19, 15, et 50, 4.) **CONFRINGENT TIBI VERTICES,** verticem tuum contudent, vel conterent. Chaldaus paraph.: *Occident fortes tuos, et diripient divitias tuas.*

**VERS. 17.** — **FEKIT,** etc. Ad verbum, **faciet tibi, derelinquere te Dominum Deum tuum tempore,** etc., pro, **derelictio tua Domini Dei tui,** id est, ob tuam desertionem hæc eveniet tibi. Arab infinitivus pro nomine. **TEMPORE** quo, etc., id est, tempore quo aderat tibi, vel quo te deducere volebat per viam mandatorum suorum.

**VERS. 18.** — **QUID CIBI IN VIA ÆGYPTI?** Hebraismus: Quare vadis in Ægyptum, cum hæc parvas tam præsens auxilium? Totum versum sic paraphrasi Chaldaus par. Nunc ergo quid vobis, contrahendo societatem cum Pharæone rege Ægyptiorum? ut projiciatis iterum mares vestros in amnem? et quid vobis perendiendo fedus cum Assyriâ? ut transigrare faciatis vos ultra Euphratem? **NHI?** ad verbum, **Sichor.** Nilum intelligit (Vid. Isai. 25, 5). **Per aquam** hic suppetas intelligit, q. d., cum haberes domi præsens auxilium, cur alio confugichas? **FLEMUS,** hoc est, Euphratis. (Vid. Ps. 73, 8.) Cum premebantur Judæi ab Ægyptiis, petebant auxilium ab Assyriis; cum verò eos Assyrii premerent, confugiebant ad Ægyptios.

**VERS. 19.** — **CORRIPLET TE,** vel, **te castigabit,** id est, dabis penas pro nequitiâ tuâ. **AVENIO TUA,** sub., **ad viâ rectâ.** Et scito, etc., scito ergo et considera quod, etc.

Scripturæ, vanis scientiis dat operam. Tertio, est religiosus, qui in tentatione querit humana solatia futilia, nec poscit à Deo vera et solida. **Hoc autem fit,** inquit, quando in tentationibus oratio fassiditur, et pro iisdem mitigandis, jocosus et inutilibus verbis vacatur.

Denique S. August. in Sententiis, sent. 289: *Quantum, ait, et quale bonum sit Deus, etiam ex hoc evidenter ostenditur, quod nulli à Deo recedenti bene est, quia et qui quædam in mortiferis voluptatibus, sine doloris timore esse non possunt. Et qui omnino malum desertionis suæ majore superbia tumore non sentiant, adis qui hoc noverunt discernere, quanta sit merita, apparet.* Quia ergo in solo Deo est omnis vera delectatio, hinc peccator e) sa privans, sentit omnem amaritudinem; quia relicto fonte vite, velit noluit, adheret fonti mortis et omnium malorum. (Corn. à Lap.)

(1) **Constupravimus te usque ad verticem,** diruperunt, confringentur te usque ad verticem, id est, penitus afflixerunt et conqussarunt te, ita ut à planta pedis usque ad verticem capitis non esset in te sanitas. Hoc idem dicit, quia futurum erat ut Judæi non solum alii Babilonem capti dericerent, sed etiam alii Ægyptium fugerent, ut factum legitimus, 4 Reg. 23, 26.

(Maldonat.)

**VERS. 20.** — **NAM SUPER,** etc. (1), Sub. Et tamen non stetit promissis; nam super omnem collem. Sunt qui Ki convertunt in **tamen.** **DISCURREBAS MERETRIX,** id est, idola colis. (Vid. Exod. 20, 5.)

**VERS. 21.** — **OPTIMUM VITÆ,** quæ scilicet dicitur **Sorec.** (Vid. Isai. 25, 2.) **VERUM;** ad verbum, **veritates,** id est, germanum et probum. **SARMENTA,** palmites degeneres.

**VERS. 22.** — **BORITH (2).** (Vid. Malach. 3, 2.) **SCGNATA EST,** signata tamen erit; vel, nota erit. Etiam, inquit, coneris dissimulare tuam idololatriam, non falles me.

**VERS. 25.** — **VIAM TUAM,** quia scilicet ibas in colles ad simulacra; vestigia tua adhuc apparent in valle ipsâ. **DIOMEHARIA;** camelus est femina juvenis ac parva, quæ masculo citius currit. Chaldaus paraph., *eras similis dromedariæ levi.* (Vid. Isai. 60, 6.) **CIRCUMENS,** ad verbum **confundens;** vel **implicans vias suas,** id est, quæ confuso cursu huc illic discurret.

**VERS. 24.** — **ONAGRA,** etc. (Altera comparatio, q. d.: Qualis onagra in lustris et antris manere solita, ubi libidinis oestro percita, captivum auram maris, ad eum toto impetu fertur, nec ulatenus averti potest; ita qui illum corripere voluerint, facillè sint illum eo mense quo amore æstans huc illic cursitat, reperitur. Talis, etc. Observat Plinius l. 8, c. 50, onagram maris vestigia sequi solitam. (De femina onagri loquitur. Onagri sunt velocissimi: ad hoc faciè respirandi facilis; nam qui tardi sunt in causâ est difficultas respirandi. Tu, inquit, similis es onagro velocissimo, cum tibi est iter ad idola tua: quotquot voluerint capere onagram illum, non conabuntur illum assequi curendo, sed expectabunt tempus quo grvida erit, et tunc facillè illum capiunt: sic tandem à me capieris et punieris cum grvida eris. Id est cum ad summum pervenerit peccatum tuum. **NON LABORABENT,** sub. ut illam assequantur cursu. **IN MENSE SVO,** Chald. paraph., *tempore suo, quod scilicet est grvida. **VENTUM***

(1) **A SECCULO CONFREGISTI JUGUM MEUM.** Ceu indomitum animal, agricoltæ repugnans, dixisti: *Non serviam.* Sive Jugum, quo mecum jungebaris, ceu cum viro uxore, fregisti; legitimum obsequium, quod tibi mecum fueris causâ mihi debebas, abiecasti: repudium acquisivisti, tuaque libertate abusa es, extremas animi tui libidines sequens: *Sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix.* Hebr. *A seculo (ab initio) confregisti jugum tuum, rupi vincula tua, et dixisti: Non serviam.* Servitute et æternis, quibus apud Ægyptios opprimebaris, te eduxi; et tu à beneficio ingrata, dixisti: *Non servio.* Levissimum beneficium mercedem postulavi. Si quid ex te beneficiatum, illud certè præmio non vacabat. At tu meæ servituti expertus esse voluisti. Alunt nonnulli, hæc verba, **confregisti jugum tuum,** illud tantummodo significare: **prædixi,** te fracturam jugum; sive, te frangere jugum passus sum. Septuag. *A seculo confregisti jugum tuum, et dirupisti vincula tua, et dixisti: Non serviam tibi.* Quæ lectio cum Vulgatâ convenit. Chaldaus: *Confregi à seculo jugum populorum de collo vestro, succidi vincula vestra, et dixisti: Non addemus ultra transgredi verbum tuum (Calmet.)*

(2) **Per nitram** quamdam intelligunt alumen, alii pulverem cum quo caput levatur. Et per **Borith** aliqui intelligunt saponem, alii herbam quæ lotores utitur. (Munsterus.)

**OCASSIONIS SUE,** etc.; (id est, odorem maris quem sors obtulit.) Alii distinguunt post **ventum;** et vertunt **impetum ejus quod recocavit?** vel, **impetu suo quod recocavit illum?** **NON LABORABENT;** vel, **non fatigabuntur;** vel, non dabunt operam ut illum ex antris ac lustris ferarum eruant.

**VERS. 25.** — **PROHIBE PEDIEM TUUM,** etc. Verba sunt prophætæ avocantis populum à petendo auxilio humano, q. d.: No pete regiones longinquas, pro auxilio; nam atteres tuos calcos, et siti affligeris. Ne sit **DISCALCEATUS,** vel **ad nuditate,** seu ne eat **nudus.** (Clericus totum exponit: *Noli denudare partes verendas;* eas quippe Hebræi, ut et alii, honeste pedum vocant nomine; ita ut sensus sit, ut et sequentium verborum: *Noli fornicari;* favet contextus.) **A SITI;** id est, ne tam longè eas pro auxilio. **DESPERATUR EST,** etc. Abhorrens est, sub. cor meum à Domino, (id est, frustra revocor à scortatione meâ (idololatriâ); abstinere nequeo. Alii, **desperavit, sub. cor meum,** ne est post Dominum: q. d., illo non nititur, sed auxiliis humanis. (Vid. Isai. 57, 10.)

**VERS. 27.** — **VERTERUNT AD ME CERVICEM (1),** vel, **obvertunt mihi tergum.**

**VERS. 28.** — **ET UBI,** etc. Subaudi: At ego respondebo illis. **SURGANT,** etc., surgant, ut videamus an libere possint, etc.

**VERS. 29.** — **LITIGATIS,** expostulabit, vel, **conquerimini,** q. d.: Cum affligimini, nullam habebis justam causam expostulandi mecum, omnes enim à me deficiatis.

**VERS. 30.** — **PROPHETAS VESTROS,** id est, prophetas Dei ad vos missos.

**VERS. 31.** — **GENERATIO,** vel, **ò generatio.** Id est, ò homines hujus ætatis. **VIDETE,** vel, **considerate.** **NUM SOLITUDO,** etc., id est, deserte præbui Israeli necessaria? nam in deserto omnia desunt, ac si dicat Israeli, quamditi coluit me, nunquam ei defui. **TENEROSA!** in quâ scilicet, omnia sunt lethifera, et infœcunda: nam tellus quæ soli non est exposita, nihil profert; sic neque ea quæ non est sub celo libero. **DOMINAMUR,** vel, **dominum accipimus.** Habemus reges et principes, nec est nobis opus alio nunc duce.

**VERS. 32.** — **MURENARUM SUARUM?** vel, **monitum suorum?**

**VERS. 35.** — **PRÆPARAS, etc.,** Hebr., **bonificas viam tuam,** ut **quæras amicitiam?** id est, cur tanto studio apparatus protectionem ut in eas amicitiam cum populis

(1) **Au temps de leur affliction, ils me viendront dire: Hétez-vous de nous délivrer, etc.**

Nayant point été sensibles aux bienfaits de Dieu, ils se sont enfin à ses châtiements. Mais c'est, dit un Père, une demande insolente à ceux qui ont méprisé leur Dieu au temps de la paix, d'exiger de lui au temps de l'affliction qu'il leur donne son secours. Il leur dit alors avec très-grande justice: *Que vos dieux que vous vous êtes faits vous dérivent maintenant.* Car puisque Dieu est le créateur des hommes, et que les hommes dépendent ont entrepris de faire des dieux, il est juste qu'ils éprouvent dans leurs besoins ce que peuvent pour les assister ces dieux qu'ils ont faits, et ces idoles qu'ils ont adorées. *Probet necessitas quod possunt quæ securus ante coluisti.* (Sacy.)



externis? OSTENDISTI, ad verbum, *Docuisti*. Legitur et *docui*. Pret. pro fut. docebo. Unde quidam verunt: *Ob id docebo vias tuas malas*, sub. esse. Vid. 35, *passimas*, sub. *Gentes*, adjectivum sine substantivo, q. d., hinc fit ut sis scandalo gentibus malis.

VERS. 54. — IN ORIS VESTIMENTORUM TUORUM, id est, sub veste tuâ, q. d., ne à cæde quidem innocentium abstines, ut in eas gratiam cum exteris gentibus. Chaldeus paraph., *etiam in secreto*, id est, sub veste tuâ, *deprehensa es quid effudisti sanguinem justum*. CUM PERFOSSORIO, id est, sufficiens domum tuam ut illos justè posses occidere. Alludit ad illud Exod. 22, 2: *Si in suffossione inventus fuerit fur. Super omnibus his, propter hæc omnia, sub. occidisti, id est, sed quod te carperet propter hæc omnia, hoc est propter idololatriam. Ut de veris prophetis intelligatur.*

VERS. 55. — ET DIXISTI; et dicebas. CERTÈ AVERSUS EST, etc., vel duntaxat recedat, etc. JUDICO TE,

## CAPUT III.

1. Vulgò dicitur: Si dimiserit vir uxorem suam, et recedens ab eo, duxerit virum alterum: numquid revertetur ad eam ultra? numquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen revertere ad me, dicit Dominus, et ego suscipiam te.

2. Leva oculos tuos in directum, et vide ubi non prostrata sis: in viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine: et pollutisti terram in fornicationibus tuis, et malitiis tuis.

3. Quam ob rem prohibita sunt stillæ pluviarum, et serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluitis erubescere.

4. Ergo saltem amodò voca me: Pater meus, dux virginitalis mee tu es:

5. Numquid irascens in perpetuum, aut perseverabis in finem? Ecce locuta es, et fecisti mala, et potuisti.

6. Et dixit Dominus ad me in diebus Josiæ regis: Numquid vidisti que fecerit aversatrix Israel? abiit sibimet super omnem montem excelsum, et sub omni ligno frondoso, et fornicata est ibi.

7. Et dixi, cum fecisset hæc omnia: Ad me revertere: et non est reversa.

8. Et vidit prævaricatrix soror ejus Juda, quia pro eo quod mœchata esset aversatrix Israel, dimissem eam, et dedissem ei libellum repudiî: et non timuit prævaricatrix Juda soror ejus, sed abiit, et fornicata est etiam ipsa.

9. Et facilitate fornicationis suæ contaminavit terram, et mœchata est cum lapide et ligno.

10. Et in omnibus his non est reversa ad me prævaricatrix soror ejus Juda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus.

11. Et dixit Dominus ad me: Justificavit animam suam aversatrix Israel, comparatione prævaricatricis Judæ.

12. Vade, et clama sermones istos contra aquilonem, et diceas: Revertete, aversatrix Israel, ait Domi-

us, et non avertam faciem meam à vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dominus, et non irascor in perpetuum.

VERS. 56. — VADIS VALDÈ (1), id est, cur toties multas itinera, hoc est, hinc illic discursis, auxiliis querendi causâ. ETIAM AB ÆGYPTO, q. d., frustra petis auxilium ab Ægyptiis, sicut frustra petisti ab Assyriis.

VERS. 57. — HINC, id est, ab animo rege Ægypto. ET MANUS TUE, etc., signum est amisti dolorem ostendens. (Vid. 2 Sam. 15, 19.) CONTEMPSIT, abominatus est. CONFIDENTIAS TUAS, id est, eos à quibus pendebas.

(1) In Hebræo: *Quid discursus adeo mutando viam tuam?* Id est, nunc Assyriis blandiris, nunc Ægyptiis, ipsorum cultus imitando.

ET AB ÆGYPTO CONFUNDERIS, SICUT CONFUSA ES AB ASSUR. Assyrius pactis violatis terram vastavit, urbem obsedit. Ægyptus magna de te tributa exegit, nec quicquam tibi proderit, 1 Reg. 23, 24.

(Grotius.)

## CHAPITRE III.

1. On dit d'ordinaire: Si une femme, après avoir été répudiée par son mari et l'avoir quitté, en épouse un autre, son mari la reprendra-t-il encore? Cette femme n'est-elle pas considérée de lui comme impure et déshonorée? Pour vous, vous vous êtes corrompue avec plusieurs qui vous aimèrent; cependant revenez à moi, dit le Seigneur, et je vous recevrai.

2. Levez les yeux en haut, et voyez où vous ne vous êtes point prostituée. Vous étiez assise dans les chemins, les attendant, comme un voleur attend les passants à l'écart; et vous avez souillé la terre par vos fornications et par vos méchancetés.

3. C'est ce qui a été cause que l'eau du ciel a été retenue, et que les pluies de l'arrière-saison ne sont point tombées. Après cela vous avez pris le front d'une femme débauchée, vous n'avez point voulu rougir.

4. Appelez-moi donc, et invoquez-moi au moins maintenant: Vous êtes mon père; vous êtes celui qui m'avez conduite lorsque j'étais vierge:

5. Serez-vous donc fâché pour toujours? et votre colère durera-t-elle éternellement? Mais vous avez parlé avec audace, vous avez commis toutes sortes de crimes, et vous vous y êtes abandonnée de tout votre pouvoir.

6. Le Seigneur me dit aussi au temps du roi Josias: N'avez-vous point vu ce qu'a fait la rebelle Israël? Elle s'en est allée sur toutes les hautes montagnes et sous tous les arbres chargés de feuillages, et elle s'y est livrée à sa fornication honteuse.

7. Et, après qu'elle a fait tous ces crimes, je lui ai dit, Revenez à moi: et elle n'est point revenue.

8. Et la perdue Juda, sa sœur, voyant que j'avais répudié la rebelle Israël et que je lui avais donné l'écrit de divorce; Juda, dis-je, cette perdue, n'a point eu de crainte; mais elle s'en est allée, et elle s'est corrompue aussi elle-même.

9. Elle a souillé toute la terre par le débordement de sa prostitution, et elle s'est corrompue avec la pierre et le bois.

10. Et, après tous ces crimes, la perdue Juda, sa sœur, n'est point revenue à moi de tout son cœur, mais d'une manière feinte, dit le Seigneur.

11. Et le Seigneur me dit: La rebelle Israël a paru juste, si on la compare avec la perdue Juda.

12. Allez, et criez vers le nord; faites entendre ces paroles: Revenez, rebelle Israël, dit le Seigneur; et je ne détournerai point mon visage de vous, parce

que je suis saint, dit le Seigneur, et que ma colère ne durera pas éternellement.

15. Mais reconnaissez votre iniquité: car vous avez violé la loi du Seigneur votre Dieu; vous vous êtes prostituée à des dieux étrangers sous tous les arbres chargés de feuillages; et vous n'avez point écouté ma voix, dit le Seigneur.

14. Convertissez-vous, mes enfants, revenez à moi, dit le Seigneur, parce que je suis votre époux; et j'en choisirai d'entre vous un d'une ville et deux d'une famille; et je vous ferai entrer dans Sion.

15. Alors je vous donnerai des pasteurs selon mon cœur, qui vous nourriront de la science et de la doctrine.

16. Et lorsque vous vous serez multipliés, et que vous vous serez accrus sur la terre, dit le Seigneur, on ne dira plus: Voici l'arche de l'alliance du Seigneur. Elle ne reviendra plus dans l'esprit, on ne s'en souviendra plus, on ne la recherchera plus, et on ne la rétablira plus.

17. En ce temps-là Jérusalem sera appelée le trône de Dieu; toutes les nations viendront s'y assembler au nom du Seigneur, et elles ne suivront plus les égarements de leur cœur endurci dans le mal.

18. En ce temps-là la maison de Juda ira vers la maison d'Israël, et elles retourneront ensemble de la terre de l'aquilon à la terre que j'ai donnée à vos pères.

19. Pour moi, j'avais dit: Je pense à vous mettre au nombre de mes enfants, à vous donner une terre désirable, et l'excellent héritage de la multitude des gentils. Vous m'y appellerez votre père, disais-je alors, et vous ne cesserez jamais de me suivre.

20. Mais la maison d'Israël n'a eu que du mépris pour moi, dit le Seigneur, comme une femme qui dédaigne un homme qui l'aime.

21. Une voix a été entendue dans les chemins, les pleurs et les cris des enfans d'Israël, parce qu'ils ont rendu leurs voies criminelles et qu'ils ont oublié le Seigneur leur Dieu.

22. Mais convertissez-vous, enfans rebelles, et je guerirai le mal que vous vous êtes fait, en vous dé tournant de moi.

LE PROPHÈTE, AU NOM DU PEUPLE: Nous voici, Seigneur, nous revenons à vous: car vous êtes le Seigneur notre Dieu.

23. Nous reconnaissons maintenant que toutes les collines et les montagnes n'étaient que mensonge. Nous reconnaissons que le salut d'Israël est véritablement dans le Seigneur notre Dieu.

24. Dès notre jeunesse, le culte honteux des idoles a dévoré les travaux de nos pères; et il a consumé leurs grands et petits troupeaux, leurs fils et leurs filles.

25. Nous dormions dans notre confusion, et nous serons couverts de notre honte, parce que nous avons péché contre le Seigneur notre Dieu, nous et nos pères, depuis notre jeunesse jusqu'à ce jour, et que nous n'avons point entendu la voix du Seigneur notre Dieu.

26. Mais convertissez-vous, enfans rebelles, et je guerirai le mal que vous vous êtes fait, en vous dé tournant de moi.

LE PROPHÈTE, AU NOM DU PEUPLE: Nous voici, Seigneur, nous revenons à vous: car vous êtes le Seigneur notre Dieu.

23. Nous reconnaissons maintenant que toutes les collines et les montagnes n'étaient que mensonge. Nous reconnaissons que le salut d'Israël est véritablement dans le Seigneur notre Dieu.

24. Dès notre jeunesse, le culte honteux des idoles a dévoré les travaux de nos pères; et il a consumé leurs grands et petits troupeaux, leurs fils et leurs filles.

25. Nous dormions dans notre confusion, et nous serons couverts de notre honte, parce que nous avons péché contre le Seigneur notre Dieu, nous et nos pères, depuis notre jeunesse jusqu'à ce jour, et que nous n'avons point entendu la voix du Seigneur notre Dieu.

26. Mais convertissez-vous, enfans rebelles, et je guerirai le mal que vous vous êtes fait, en vous dé tournant de moi.

LE PROPHÈTE, AU NOM DU PEUPLE: Nous voici, Seigneur, nous revenons à vous: car vous êtes le Seigneur notre Dieu.

23. Nous reconnaissons maintenant que toutes les collines et les montagnes n'étaient que mensonge. Nous reconnaissons que le salut d'Israël est véritablement dans le Seigneur notre Dieu.

24. Dès notre jeunesse, le culte honteux des idoles a dévoré les travaux de nos pères; et il a consumé leurs grands et petits troupeaux, leurs fils et leurs filles.

25. Nous dormions dans notre confusion, et nous serons couverts de notre honte, parce que nous avons péché contre le Seigneur notre Dieu, nous et nos pères, depuis notre jeunesse jusqu'à ce jour, et que nous n'avons point entendu la voix du Seigneur notre Dieu.

26. Mais convertissez-vous, enfans rebelles, et je guerirai le mal que vous vous êtes fait, en vous dé tournant de moi.

## TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Dicendo: Si dimiserit vir uxorem suam, et abierit ab eo, et fuerit viri alterius; numquid revertetur ad eam amplius? nonne prævaricando prævaricata est terra hæc? tu autem fornicata es cum amatoribus: sed revertere ad me, dixit Dominus. — 2. Leva oculos tuos ad excelsa loca, et vide ubi non coivisti: in viis sedisti eis, sicut Arabs in deserto: et prævaricari fecisti terram propter fornicationes tuas et malitiam tuam. — 3. Et prohibiti sunt imbres, et serotina pluvia non fuit: et frons mulieris meretricis fuit tibi, renuitis erubescere. — 4. Nonne ex hoc tempore vocabis me: Pater meus es, dux adolescentiæ mee tu es: — 5. Numquid reservabit in seculum iram, num servabit in seculum? Ecce locuta es, et fecisti mala, et potuisti. — 6. Dixit autem Dominus ad me in diebus Josiabu regis: Numquid vidisti que fecit rebellis Israel? eunte ipsâ super